

sentia sua<sup>7</sup>, quam in<sup>8</sup> absentia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadem ecclesia post illam constitutionem<sup>9</sup> fuerunt vel de cetero fuerint instituti, redditus ex ea in absentia non percipiant<sup>10</sup>, sed tunc solum, quum in ea fuerint residentes; quum secundum Trecentis ecclesiae consuetudinem omnes in hoc conseruerunt<sup>11</sup> esse pares. Statuerunt etiam, ut, quum singulis praebendis annexae sint vineae, ad successores non transeant, sed proventus earum inter singulos dividantur. Quum igitur quod quisque iuris in alterum statuit ipse debeat uti eo<sup>12</sup>, et sapienter dicat auctoritas<sup>13</sup>: „Patere legem, quam tu<sup>14</sup> ipse tuleris:“ fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus antiquos canonicos iunioribus, et iuniores in perceptione fructuum tam praebendarum quam vinearum coaequetis antiquis, secundum priorem consuetudinem usque ad tempus praedictae constitutionis<sup>15</sup> servatam, vel secundum rationabilem institutionem in posterum<sup>16</sup> observandam, illos per distinctionem ecclesiasticam percellentes, si qui duxerint renitentium. [Nullis literis etc. Dat. etc. 1198.]

CAP. VII.<sup>1</sup>

Constitutio laicorum ecclesiam seu eius bona non adstringit.

IDEM Tridentino<sup>2</sup> Episcopo.

Quae in ecclesiarum † et ecclesiasticorum virorum praevicium attentantur, firmitatem sortiri non debent, sed ad ecclesiarum indemnitatem debent potius infrimari. Sane pervenit ad audientiam nostram, quod cives Tervisini<sup>3</sup> et Coneglanenses constituendi sibi, et utinam sibi tantum, iurisdictionem temere usurpantes, impietatem palliant sub nomine pietatis, et, dum quibusdam ex alieno gratiam exhibere nituntur<sup>4</sup>, ecclesiis<sup>5</sup> sunt per viris ecclesiasticis onerosi, constituerunt siquidem, sicut accepimus, ut<sup>6</sup>, si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegaverit, alienandi feudum, quod ab ecclesia vel aliis<sup>7</sup> tenet<sup>8</sup>, per officiales ad hoc a Tervisinis civibus et Coneglanensibus deputatos, liberam habeat<sup>9</sup> facultatem, nec emptor priori teneatur domino respondere, nisi tantummodo in sexta parte pretii, quam ipsi, si recipere voluerit<sup>10</sup> exhibebit, ex quo ecclesiastica non modicum iura laeduntur. Volentes igitur ecclesiarum indemnitati consulere, et huiusmodi gravaminibus providere, constitutionem huiusmodi et venditiones feudorum ecclesiasticorum, factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, occasione constitutionis, imo verius destitutionis vel destructionis istius<sup>11</sup>, praesentium auctoritate cassamus et, vires decernimus non habere. [Nulli ergo etc. Dat. Lat. X. Kal. Apr. 1199.]

CAP. VIII.<sup>1</sup>

Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli, confirmatum per Papam, ulterius non censetur vocare, nisi per contrarium actum statutum fuerit revocatum.

## IDEM.

Quum accessissent ad apostolicam sedem dilecti filii<sup>2</sup> archidiaconus Tullensis et G. Tullensis capituli procurator venerabilem fratrem nostrum Hugonem<sup>3</sup> Hostiensem episcopum eidem concessimus audire, in cuius praesentia archidiaconus proposuit memoratus, quod, quum olim quidam<sup>4</sup> Tullenses canonici nostris auribus intimassent, quod primiceriatus et scholastria in Tullensi ecclesia tanto tempore vacavisset, quod<sup>5</sup> ad manus nostras illius personatus esset donatio devoluta, † dilectis filiis Altaesilvae et Belliprati abbatibus, et Colymbae monasterii decano dedimus in mandatis, ut super hoc inquirerent veritatem, et, si personatus illos<sup>6</sup> tanto tempore vacavisse constaret, quod iuxta Lateranensis statuta<sup>7</sup> concilii ad nos ipsorum<sup>8</sup> esset devoluta donatio, ipsi personas<sup>9</sup> idoneas de Tullensi ecclesia vel aliunde in ipsis<sup>10</sup> personatibus instituerent vice nostra, et eosdem<sup>11</sup> facerent ab illis<sup>12</sup> pacifice possideri. [Ipsi vero iudices mandatum apostolicum exsequentes, partes ad suam praesentiam citaverunt, et die statuta dictis magistro W. et F. comparentibus coram ipsis, Ioannes presbyter cum Tullensis

capituli literis ipsorum se conspectui praesentavit, in quibus idem se capitulum excusabat, quod ad locum ab eisdem iudicibus constitutum sine rerum et personarum discrimine propter ducem Lotharingiae, qui eos diffidaverat, accedere non valebant, et hoc ipsum dictus presbyter proprio volens iuramento firmare, locum, ad quem Tullenses canonici possint tute accedere, postulavit. Quumque super hoc inter dictos magistrum et presbyterum fuisset aliquamdiu litigatum, demum idem presbyter, requisitus praestare iuramentum, quod prius obtulerat, recusavit, et vocem appellationis emittens, literas capituli praesentavit, in quibus ad appellandum solummodo procurator exstiterat constitutus. Verum iudices supradicti excusationes ab ipso sacerdote propositas et appellationem interpositam frustratorias reputantes, de prudentium virorum consilio receperunt testes, quos dicti magister et F. inducere voluerunt, diem aliam apud S. Aprum saepedicto capitulo praefigentes, qui quum nec ea die curassent in iudicio comparere, iudices ipsi attestationibus solemniter publicatis, quum constitisset eisdem, quod tamdiu primiceriatus in Tullensi ecclesia vacavisset, ut eius ad nos donatio pertineret, ipsum vice nostra supradicto S. archidiacono contulerunt, quam concessionem idem archidiaconus petiit auctoritate apostolica confirmari. Dicitur vero G. capituli procurator ex adverso respondit, quod huiusmodi concessio et processus iudicum praedictorum debebant merito retractari, utpote qui post appellationem ad nos pro diversis gravaminibus legitime interpositam processerunt; prima siquidem citatione capitulum ipsum edicto peremptorio evocarunt, et quum postmodum ad eorum praesentiam proprium nuncium capitulum destinasset, licet ipse nuncius, allegando, quod ad praefixum locum propter viarum discrimina et insidias capitales capitulum accedere non poterat, vel sufficientes transmittere responsales, sollicite postularet locum tutum partibus assignari, excusationem tamen huiusmodi dicti iudices admittere contempserunt, propter quod idem nuncius, sicut in mandatis acceperat, ad appellationis praesidium convolavit. Praeterea dictus procurator adiecit, quod eorundem iudicum processus ex ea causa iudicandus erat invalidus, quoniam ad sententiae calculum processerunt lite minime contestata, contra quod fuit ex parte archidiaconi replicatum, quoniam appellationi huiusmodi non fuit aliquatenus deferendum, quum non ex causis legitimis, sed frustratorie duntaxat fuerit appellatum. Quum enim capitulum fuisset citationibus legitimis evocatum, simplicem nuncium, et non responsalem idoneum destinavit, qui, quum excusationem capituli allegasset, et super ea obtulisset proprium iuramentum, postmodum illud praestare noluit requisitus. Quum igitur excusatio ab eodem nuncio proposita delusoria merito videtur, appellatio super ea interposita fuit merito respondenda, maxime quum idem nuncius literas capituli praesentaverit, in quibus continebantur expresse, quod ad provocandum tantummodo fuerat destinatus. Sed nec illud nocere posse pars eadem respondit, quod lite non contestata dicti iudices processerunt, quum non causae cognitio, sed inquisitio veritatis solummodo ipsis fuerit demandata, propter quod in inquisitione ipsa non fuerat iudicarij ordinis sollemnitas observanda. Ad haec capituli pars respondit, quia, quamvis in quibusdam inquisitionibus omnimoda iuris sollemnitas non servetur, in inquisitione tamen huiusmodi servari debuit ordo iuris, quoniam, quum possessionum et reddituum, olim ad primiceriatum spectantium, quidam sint pacifici possessores, eisdem sine iuris ordine non debebant nec poterant spoliari. Praeterea etsi dicti iudices potuerint sine causae cognitione procedere, sollemniter tamen de causa cognoscere potius elegerunt, Tullenses canonicos tanquam partem ad suum iudicium evocando.] Fuit insuper ex parte capituli allegatum, quod rescriptum ad praedictos iudices impetratum exstiterit per falsam<sup>13</sup> suggestionem obtentum. Quum enim de<sup>14</sup> communi assensu<sup>15</sup> et unanimi voluntate canonicorum Tullensium fuerit constitutum, ne primiceriatus dignitas esset ulterius in ecclesia memorata, inter canonicos ipsos primiceriatus proventibus et possessionibus distributis, † et eadem institutio<sup>16</sup> a bonae memoriae Alexandro P. praedecessore nostro fuerit postmodum confirmata: propter<sup>17</sup> quod evidenter apparet, quod primiceriatus ipse tanto<sup>18</sup> tempore non vacaverit, sicut nobis fuerat<sup>19</sup> falsa in-

Tit. II. Cap. VI. 7) sua: deest: Ta 8) in: deest: C Reg. 9) institutionem: Cb Reg. 10) suscipiant: Cb 11) conseruerunt: FHM Reg. 12) eodem: Cabch Reg. 13) Ausson. Sent. (Pittac. 5.) 14) tu: deest: FGHKMCabcy — tu ipse: deest: Reg. 15) institutionis: C Reg. 16) dolineps: Cta Reg. Cap. VII. 1) Restit. ex Reg. Bal. II, 7. — Potthast no. 641. — Comp. III. c. 2. h. l. (1. 1.) 2) Mattheo Cenetensi (Ceneda) Ep.: Reg.: Trecentis: La Cb; Cur.: M. Ceten.: Cagch; Etenensis: Ce 3) Trivisini: FN; Terusinenses: Cabcy; Terusinenses: Ch (Treviso) 4) volentes: C 5) et eocl.: Cb 6) quod: C Reg. 7) ab aliis: LObc 8) tenent: Cbch; teneret: Ca 9) habeant: C Reg. 10) voluerint: Cac 11) ipsius: Cbc. Cap. VIII. 1) Restitutum ex Reg. Breque. IX, 260. — Potthast no. 2996. —

Comp. III. c. 4. h. l. (1. 1.) — integra inacr. Reg.: Ligonensi et Cathalaunensi episcopis et abbati Clarevallensi. — 2) filii S.: Cac 3) Hug.: deest: Cabc 4) quid.: deest: GHGa; — dit. fil. mag. W. (Guill. Cc; gll.: Cgh); subdiac. (deest: Cgh) noster (et M.: Cph) H. et P. Tullanenses (Tullenses: Cph Reg.) canonici: Cbch Reg. 5) ut: C; — vacavissent, ut ad manus nostras illorum personatum esset donatio etc.: Reg. 6) personatum illum: Cbc 7) statutum: ib. 8) ipsius: ib. 9) personam idoneam: Cb 10) ipso primiceriatu: Cac; ipso personatu: Cb 11) eundem: Cabc 12) illo: Cc; illa: Cab 13) falsi: Cabc 14) de: deest: C Reg. 15) consensu: LaC Reg. 16) constitutio: Cb 17) verba: propter quod addita sunt a Raymundo 18) multo: C Reg. 19) fuit: Lb; fuerit: Ch